

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exegesis

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

Jonas erat Deo inobediens, fugiebatque per mare, sed facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri. Jon. i. v. 4. Idem accidit Christo Servatori: etsi enim respectu sui erat sanctus & justus servus Dei, Esa. 53. v. 11. in omnibus voluntatem patris sui coelestis implens, Joh. c. 5. v. 30. Nostrum tamen loco, judicium Dei subiens, promiserat exsolvere, quod non rapuerat, Ps. 69. v. 5. Ideoque insurrexerunt in eum fluctus irae divinae, ut implemet conqueritur: Abyssus abyssum invocat, ad strepitum canalium tuorum, omnes undas, & fluctus tui super me transferunt. Psalm. 42. 8. Imò haut secus videbatur, ac si à Deo derelictus esset, sicut clamore indicat. Matth. 17. v. 46.

Jonas ipse consilium suppeditabat, cum maris impetus invaleceret, ut mitterent se in mare, sic mare cessatum dicens à violentia suā, ut quoque factum est. Sic ipse Christus, in contilio SS. Trinitatis humanae se naturam assumtum, & in eā mortem passum, simulque propitionem facturum esse obtulit, pro totius mundi peccatis, quo maxima tempestas, & inquieti ira divinae fluctus sopirentur, sicut & factum. Justificati enim fide, pacem habemus cum Deo per Christum, Rom. 5. v. 1. Taliter expediebat, ut unus moreretur homo pro populo, & non tota gens periret. Joh. 11. v. 50.

Jonas tribus diebus & tribus noctibus erat in ventre ceti: Sic quoque Christus tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terrae. Dic enim paraseves, sive Veneris vesperi, ante Solis occasum, mortuus & sepultus est: Per integrum Sabbathum quievit in sepulchro: sequente tertio die cum ipso disculculo surrexit, juxta Scripturas. 1. Cor. 15. v. 4.

Jonas continuò abiit in Ninive, è ventre Balæne liberatus, ad prædicandum penitentiam, ut ei mandatum à Deo erat: Sic Christus statim post resurrectionem suam, Apostolos in munere Apostolico confirmavit. & ablegavit, ad predicandum in nomine suo, penitentiam & remissionem peccatorum, in omnes gentes. Luc. 24. 47. Sicut quoque iisdem cum in finem Spiritus Sanctus datus, & claves regni cœlorum concredita sunt, hisce verbis: Accipite spiritum Sanctum; quorum remisit peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, sicut audimus in prælecto Evangelio.

Cuiabsque ulteriori præloquio accingimus nos, ex eo pro instituti ratione consideraturi:

I. Ανθρωπογένεια, sive notitiam nostram.

II. χριστιανισμός, sive notitiam Christi.

J.J.

Exegesis.

Nescio unde exordium sumamus, tot sunt hic doctrinarum necessiarum capita, inquit Chrysostomus, Caput V. Matthæi explicaturus. Sic & nos hic dicere possumus, quando uberrimam, quam hoc Evangelium suggerit, materiam consideramus. Sed compendium verborum facturi, ea duntaxat, quæ methodo nostræ inservient, proferemus, tractantes, Notitiam nostram, ubi observamus

I. Apostolorum metum, fores enim clausa erant, ubi discipuli congregati, idque propter metum Judæorum.

Nondum Apostoli obliti erant, quid Christo acciderat, in flagellatione, coronatione & crucifixione, idè quæ emadmodum Piscator iactus sapit, ut in Proverbio est, ita &

Y

sibi

sibi metuebant, præsertim Domino ipsis
prædicente: Non est servus major Domi-
no suo, si me persecuti sunt, & vos perse-
quentur. Joh. 15. v. 20.

Prætereà per totam Hierosolymam fa-
ma vagabatur, ac si ipsi corpus Christi è se-
pulchro abstulissent, quò eum à mortuis re-
surrexisse, confirmare possent, sicut mil-
ites impii, à summo Pontifice pecuniam
acceperant, & novellas has ubique divulg-
gaverant. Matth. 28. v. 12. 13.

Prætereà metum hunc ipsis incutit con-
scientia malæ voluntatis, quod à Domino
suo tempore Passionis partim per abnegationem,
partim per secessionem & fugam
defecerant. Sap. 17. v. 10. 11.

Metum hunc in illis auxit, quod Domi-
nus mulieribus se manifestaverat, ipsis ad-
huc neglectis, ex quo nihil colligere pote-
rant aliud, quam Dominum ipsis infen-
sum esse, cosque parum curare.

Hic te velim probes, mi Christiane, an-
non & ipse nonnunquam tempore calamita-
tis, adeo meticulozum te exhibueris, homi-
nes plus metuendo, quam in Deo confiden-
do: Procul dubio paucissimi sese hic immu-
nes dicere poterunt, Est enim cor huminis
dolosum & arsum nos. Jer. 17. v. 9.

Dolosi sumus, quando prospero fortu-
na flatu utimur, tum animam & corpus re-
spectu Christi, & Evangelii ejus vili pendimus,
sicut Petrus, Matth. 26. vers. 35. Sed
quando nubes tribulationum insurgunt, ut
Evangelii Confessores vitâ periclitentur,
aut in Exilium mittantur, intantam sæpè
perturbationem conjicimur, ut quo nos
vertere debeamus, ignoramus. Sed timor
hic carnalis est, ideoque declinari debet.
Non turbetur cor vestrum, ait Servator,
Joh. c. 14. v. 1. & Salomo: Infortunio suo

impelletur impius, sperat autem justus in
morte suâ. Prov. 14. v. 32.

O quæ sapè animis cadimus, quando
adversarii nostri adversus nos insurgunt!
non attendentes, quod Deus dicit: Ego,
ego ipse consolabor vos: quis tu, ut ti-
meas ab homine mortali, & à filio homi-
nis, quia quasi fœnum areset. Esa. 51. v. 12.
At -- Excelso excelsiore est custos: Ecclesi-
v. 7.

Magnas agant astarias,
Vadit Deus vias suas,

Manu sua retractans.

Wann sieb aufs klugste greissen an/
So geht doch Gott ein ander Bahn/
Es steht in seinen Händen.

Non aliter comparatum est nobiscum,
quando calamitatibus immersi sumus, &
auxilium diu differtur. Sed innitendum est
promissionibus divinis! exemplo Moysis,
Cum enim ad mare rubrum cum Israëlitis
confisteret, & mors quasi ante oculos
versaretur, hic fluctibus marinis assur-
gentibus, illic Pharaone cum exercitu eos
perseque: State, ait, & videte salutem
Domini, quam facturus est hodie. Exod.
c. 14. v. 13. Sic David ab Absolone fugiens
hoc perfugium gerit, Psalm. 3. v. 4. Pl. 118.
v. 12.

Cum Lutherus ab Imperatore Carolo V.
ad Comitia Wormatiensia citatus esset,
nonnullis amicis ipsum admonentibus, ca-
veret sibi, ne idem accideret, quod Johanni Huslo: Imperterritus dicebat: Quia
citatus sum, eo pergam, licet tot Diaboli
Wormatiæ essent, quot tegulæ sunt in te-
ctis, & in itinere Egregium illum hymnum
componebat: Eine veste Wurg ist unser
Gott! eine gute Wehr und Waffen &c.

Hodie ejusmodi Confessorum exiguis
repe-

reperitur numerus. De plurimis affirmari potest, quod Christus de Pharisaeis: quod magis dilexerunt gloriam hominum, quam gloriam Dei, Joh. 12. vers. 43. Quia igitur ex imbecillitate carnis facile labi possumus, non sufficietes cogitare aliquid à nobisipsis, nendum perficere, 2. Cor. 3. v. 5. Ideò Deum oremus, ut spiritum letitiae nobis reddat, & spiritu spontaneo confirmet, Psalm. 51. v. 14. ut nos instauret, confortet, roboret, fundet, 2. Petr. 5. v. 10. quo militemus bonam militiam, habentes fidem & bonam conscientiam, 1. Tim. 1. v. 18. tandemque finem fiduci nostrae reportemus, salutem animarum. 1. Petr. 1. v. 9.

II. Christi votum. Si Christus cum iis juxta meritum agere voluisse, reprehensionem Christi omnes meruerant, omnes enim perfidiā à Christo defecerant. Sed quoniam ex animo dolebant, quod rem tam male gessissent, ideò afflictis addere afflictionem non vult, sed potius consolatur eos, ajens: Pax vobis q. d. Nolite timere, quia non venio ut hostis, ad terrendum vos: sed affero potius pacem, tanquam fructum resurrectionis meæ, quod cum Deo reconciliatis sitis, nec mortem, Diabolum & infernum metuere debatis.

Ecce! hoc nobile illud bonum est, quod Princeps pacis, Victor noster gloriissimus, nobis è sepulchro attulit, & donavit, nempè spiritualis pax conscientiæ, qua superat onanem sensum. Phil. 4. v. 7.

Terrena pax etiam donum Dei est:

- - optima rerum,

Quas homini novisse datum est.

Sed res est instabilis & periculosa. Instabilis,

quia Diabolus nunquam quiescit, sed per organa semper clasicum canit, & facile novam flammarum incendere potest, juxta illud Poëtæ:

Interdum pax est, pacis fiducia nunquam. Ideoque habet nomen Abaddon h. e. perditio, Apoc. 9. v. 11. & coram eo gaudent incedor. Job. 41. v. 13.

Periculosa est terrena pax, quia eâ facile abuti possumus, sicut Sodomitæ è felicitate tranquillitatis, in superbiam, & varias abominationes abierunt. Ezech. 16. v. 49.

Pax verò cum Deo, quam Christus resurrectione suâ nobis acquisivit. Est constantissima, Deus enim custodit veritatem in seculum, Psalm. 146. v. 6. Est perfectissima, Psalm. 34. v. 11. Est saluberrima, quâ conscientia tranquillatur. Psalm. 42. ult.

Hic examen institue recum, mi Christiane, an & ipse paci semper operam dederis?

Filii hujus seculi, in familiari usu habent, ut clament, Pax, pax, nec tamen est pax, Esa. cap. 57. vers. 19. Quia enim in peccatis impie pergunt, thesaurizant sibi iram in die iræ, & revelationis justi judicij Dei. Rom. 2. v. 5.

Quando Partes controvertentes pacem inire volunt, interea omnes offensiones cesserent, neceſſe est, secus enim novis iniunctiis pax difficultior redditur: sic pacem per Christum nobis partam retinere non possumus, si cum impio mundo omnibus flagitiis nos contaminamus. Impiis enim non est pax. Esa. 18. v. ult.

Propterea inquiramus pacem, & persequamur eam, Psalm. 34. v. 15. primò, respetu Dei, ne voluntariè peccemus, eusque iram in nos derivemus, nec crucem molestè feramus, sed voluntati ejus semper nos

Y 2 sub-

Dominica Quasimodogeniti.

Subjiciamus cum Hiobo dicentes: Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? Job.2. v.10. Deinde respectus proximi, si fieri potest, quod in vobis est, eum omnibus pacem habentes ait Apostolus. Rom. 12.v.18. Matth.5.v.9.

Cum Josephus fratres suos dimitteret, ita instruebat eos: ne rixemini in viâ. Gen. 45.v.74.

Nos Christiani etiam inter nos invicem fratres & forores sumus, & dum domi sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, 2. Cor.5.v.6. Via in qua ambulamus est cœnosa & lubrica, plena offendiculorum, ut facile labi, aut comites nostros cœno inquinare possimus, idèo paci studeamus oportet, altero alterius onera portante, ut sic adimpleamur legem Christi, Gal.6.v.2. Bonum enim & jucundum est, fratres habitare in unum. Psalm. 133. v. 1. Rixosi verò non habent partem cum Christo, sed in inferno. Apoc.21.v.8.

III. *Clavium usum*, quas Christus Apostolis suis tradidit. Insufflavit enim & dixit ipsis: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.

Ex quo apparet, Apostolos eorumque Successores, qui sunt verbi ministri, genuinam potestatem à Christo accepisse:

1. *Peccata remittendi*, omnibus nimis iis, qui de admissis peccatis dolent, in Christiani credunt, & propositum vitæ emendandæ ceperunt, quod quoque tam verbis, quam stipulatâ manu in confessione promittunt. Vocatur alias *clavis solvens*, quicquid enim Pastor ad hunc modum, in terris in nomine SS. Trinitatis solvit, in cœlo quoque solutum esse debet. Matth.18.v.18.

2. *Peccata retainendi*, iis nimis, qui in peccatis præfractè perseverant, & dicunt: Nolumus audire te, Jerem.c.44. vers.16. his tenetur verbi minister, ratione officii, maledictionem Dei annunciare, eos pro qualitate delicti, à communione Christianorum excludere, & Satanæ tradere, sicut Paulus cum incestuoso ita egit, 1. Corinth. 5. vers. 5. vocatur alias *clavis ligans*, quicquid enim Ecclesiastes h. m. in nomine SS. Trinitatis ligaverit, in cœlo quoque ligatum erit; Matth.18.v.18.

Hic proba te, mi Christiane, utrum spiritualem hanc Ecclesie potestatem, quam DEUS ministris Ecclesie dedit, ratam habueris, eique obedienter te subjeceris?

Quod clavem solventem attinet, nemo non cā contentus est, & volupe est ex ore Ecclesiastis audire verba illa lenifica: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua, Matth. cap. 9. vers. 2. Sed clavis ligans filiis hujus seculi, fudes in oculis est.

Si rigorem primitivæ ecclesie usitatum respicimus, hodie vix umbram aliquam disciplinæ Ecclesiasticæ habemus. Tres enim distinctos gradus, quibus veteres pro qualitate delicti, usi fuerint, observamus.

Primus erat *Aphorismus*, quem suspensionem vocare possumus, ubi illi, qui in peccatis comprehendebantur, eaque agnosceri vel omittere solebant, ab usu Sacrae Cœnæ, & patrinatus officio excludebantur, &, si sine prævia pœnitentiâ morerentur, sine usitatis Christianorum ceremoniis sepeliebantur, ut

ut lignum, in quo cuncto loco ceciderit, es-
set, Eccles. 11. v. 3.

*Secundus gradus erat Catharesis, quâ illi,
qui sive in vita, sive in doctrinâ delique-
rant, ab honorum gradu de jicabantur, sive
Clerici, sive in Magistratu constituti es-
sent.*

*Tertius erat Anathema, ubi prorsus ab
Ecclesiâ removebantur, nemine ipsos con-
verfatione ulterius dignante, nemine cum
ipsis cibum aut potum capiente, sed ex pu-
blico suggestu satanæ tradebantur.*

Hoc adeò rigorosè observatum fuit, ut
etiam iplis Principibus & Imperatoribus
non pepercirent, sicut exemplum Ambro-
sii Theodosium Imperatorem, ob cædem
civium Thessalonicensium, excommuni-
cantis testatur.

Utraq; clavis, est necessarius & utilissi-
mus Ecclesiæ thesaurus, pro quo Deo suf-
ficientes gratias agere non possumus. Verè
enim per territam Conscientiam vulgaris
homo consolari nequit, licet verbo Dei
eam erigere satagat: Clave solvente opus
erit, quam Christus in solatium pœnitentia-
tum ordinavit.

Præterea in Ecclesiâ offenduntur securi
& præfracti homines, qui piis vehementer
infensi, iisdem nocere student. Con-
tra hos clavis ligans tutela & propugna-
culum est probis, & nihilominus malis
ipsis salutare remedium ad agnitionem pec-
catorum & vita emendationem, licet car-
ni terrible & tædiosum sit, ut Luthers ait.

Genuini Christiani agnoscent potesta-
tem, quam Deus per Absolutionem homi-
nibus communicavit, Matth. 9. v. 8. nec lu-
dibrio habent, quando impenitentibus ira
Dei annunciat: sed metuunt, pœnitentia-
tiam agentes ad exemplum Davidis, cui

pœnitenti Propheta Nathan ait: Transtu-
lit Dominus peccatum tuum, 2. Sam. 12.
v. 9. 13.

Idem si fecerimus, & nos quoque gra-
tiam consequemur, Rom. 14. v. 4.

De Secundo.

Pergamus nunc ad alteram partem, *xi-
guratio, sive notitiam Christi contem-
platuri.* Hic proponitur nobis in Evan-
gelio præsente:

*1. Tanquam opportunus latifactor. Apo-
stoli congregati erant in concluso conclavi,
pleni timoris & consternationis, interius
ob malam conscientiam, quod à Domino
adeò turpiter secesserant; exterius ob me-
tum Pontificum, Seniorum, Scribarum &
Phariseorum, qui denudò scivire incipiebāt,
quia Jesus Nazarenus è sepulchro resur-
ixerat: Sed circa vesperam, cum nox ingru-
eret, & timor maximus foret, Christus ipsos
accedit, præsentia sua cosdem exhilarans, ut
præcedentis miseria obliti, ex animo gau-
derent, Christum à mortuis resurrexisse.*

Hunc morem Christus adhuc hodiè re-
spectu fidelium suorum observat, quos diu-
sæpe affligit, ut sperare teneantur, à custo-
diā matutinâ, ad custodiā matutinam, psal.
130. v. 5. Ex improviso verò advenit & lüp-
petias fert, ut omnes homines annuncient
opus Dei, Psal. 46. v. 10.

Ideoq; *horas & moras* ejus æquo animo
ferre debeimus. Peculiarē enim habet Ca-
lendarium, in quo dies, menses & hebdo-
mades non ita numerat, ut nos, sed mille
annos ante oculos ejus sunt, tanquam dies
hesterna, quæ præteriit, & custodia in no-
ite, Psal. 90. v. 4. Hinc est, quod crux no-
stra, ut ut longior, tantum punctum sive
momentum sit, Esa. 54. v. 7.